

EPISTOLA III.

Ad quendam Poliatrum.

*De Zacuti Lusitani praxi, non à quovis imitanda, que
interveniant obstacula.*

Remitto Zacutum, qui videatur esse purus putus Galenista, ab eo tam in theoriā quam praxi, nè latum unguem discedens. Illud unicè mīhi est admirationi, in tam grandi ope re, nulla penitus obvia medicamenta chymica, non dicam ex mineralium, sed ne quidem ex vegetabilium clāsē, deprompta, quæ tamen ipsa constant ex multiplici ac variā simplicium farragine, vulgari tantum modo præparata. Etsi haud abnuam, plerosque morbos, qui arte medica curabiles, ope vegetabilium extirpari posse, hac tamen lege ac conditione, si obtingant ægri in assumendis remediis, obsequentes: sed cum Nostratum plerique adeo ~~uxorios maxos~~ & nauseabundi, ut sepius etiam hermetica multo suaviora & in exigua dosi porrigenda, respuant, quid contingeret, si oblonga illa apozemata purgantia, si tam prærantia, quam corroborantia, ex tam numerosis contexta ingredientibus, ipso odore & sapore Naturæ valde adversis, imò ipsis oculis abominandis, deglutienda obtrudenteruntur.

Medici Itali & Hispani multò

fortunatores sunt æstimandi, qui ægros suæ curæ commissos habent adeò morigeros, quidvis præscribunt, sine ullâ tergiversatione abligurientes, illorum dicta velut prætoria, imò ceu cælitus delapsa, obser vantes. In ipsa etiam dæcā quantumvis rigidā ordinata, obsequium præstant, cibaria unciatim assūnentes nec à dosi designatā deflecentes. Idem requirit Galenus noster lib. i. Meth. ut Medici suis ægris imperent, prout Duces militibus, & Reges subditis.

Id optandum, sed in hoc districtu, vix practicandum, cum Nostrates tale imperium non ferant, oportet rogare, precibus instare, & verborum lenociniis uti, ad persuadendum, ut non raro medicamenta alijs jucunda & palato grata, assūmant. Cum igitur Medici in Germaniā, non eā polleant authoritate, nec in tanto apud suos respectu, quid miri, si complures, si parvissim, à gravissimis moribis liberari, ac in integrum restitui potuissent, qui refractarij suā culpā ad orcum amandati. Medicorum, præfertim in hoc tractu existimatio majori ex parte dependet ab uromantia futili & fallaci (in

Ita-

Italiæ ea spreta ac neglecta) siquies inani dicacitate ac garrulitate, agyratum ac circumforaneorum more, simpliciores, astu quodam circumvenire, non est solitus, cœrerum medicarum imperitus, negligitur. Si Hippocrates & Galenus ab Orco revocati, hac in Regione, praxin medicam exercerent, eandem experiri Fortunam, cogerentur, nî ad istas nœnias se assuetacerent. Sed oportet æquo animo pati, quæ sunt immutabilia.

Verè Hippocrates lib. d. arte; Medicum, qui sufficerit ad cognoscendum, sufficere etiam ad sanandum; exin Hieron. Capiavæcius, Medicus Patavinus, cuidam Polono studioso expertenti ipsius secreta, haud inscitè respondit: lege meam Methodum, & habebis mea secreta: innuere volens, si Essentia morbi cum suis causis, sit cognita, si medendi ratio, & simplicium medicamentorum facultas comperta, ei haud opus operosâ pharmacorum sylva, quin morbus levi manu paucioribus prælidiis, expugnari queat.

Quantum momenti, in dextrâ morborum cognitione, & causarum investigatione, illustre nobis exemplar reliquit Zactus Lusitanus, in praxi suâ admirandâ, qui complures ægros, à chronicis & gravissimis morbis, aliorum Medicorum laboriosâ operâ frustranè, faciliter præsidiorum genere, liberavit, quali è fau-

cibus mortis subtractos. Optimus Conjectator, videtur esse optimus Medicator. Quamvis haud abnquam, quin hic non raro Fortuna & felicitas ab Alto interveniat, & Boni Genii, ipsius Medici Phantasiam inclinent ac dirigant, (cum saepius multa ac varia remediiorum genera succurrant, ut in ancipi, quæ seligenda) ad ea usurpanda, quæ in primis salutaria, & ad morbum profligandum, accommodata,

Cum Zactus sit acutus & argutus in suâ ægred & ægredi causarum morbificarum, illius observationes & curationes æmulari, non cuiilibet erit promptum. Cū etiam juxta sententiam Hippocratis, Natura à Naturâ, & morbus à morbo multum differat. Et si complures consimili morbo detenti, pari ratione tractentur, cura in uno subiecto feliciter procedens, in aliis sit frustranca. Suc- currit memorie notabilis historia ex Suetonio de promenda; Statuit populus Romanus Antonio Musæ signum, Æsculapio proximum, ob Augustum periculoso morbo servatum, majori felicitate, quam artis peritia. Idem confirmat Xiphilinus Historicus Rom. sed tum is Medicus beneficio Fortunæ, vel divino usus est. Marcellus enim cum non multo post ægrotaret (consimili scil. morbo) atque eodem modo à Musâ curaretur, mortuus est. Proin meditatio est varianda ac mutanda pri- tem.

Temperamenti & causarum morbi-
ficarum diversitate, libet rem illu-
strare exemplo hydropis ascitis, quo
si decem personæ laborarent, alia re-
stitui in integrum posset, cæteræ ad
orcum ablegandæ. Etsi unus idem-
que morbus, sed causarum ingens
est discrepancia, dum vel à causâ ca-
lidâ, vel frigidâ provenire queat, illa
à frigidis expugnanda, (prout obser-
vationibus Medicorum constat, ita
factum,) hæc per calida propulsan-
da. Quin & per anatomiam com-
pertum, sèpius hydropem illum cō-
citatum à scirrhosâ dispositione E-
patis, Lienis, Pancreatis, mesenterii,
vel steatomatis ibidem delitescenti-
bus, vel Renum & Uteterum ob-
structione, à calculis via intercepta,

quò minus scrofositates eò pertingere
valeant. Ubi hydragoga, hydrotica
& diaphoretica irrita. Accedit, quod
pauci *ιοσπλαγχνοι*, sed plerique visce-
ra corrupta habeant, exin nihil miri,
etiam paucos restitui. Unde contin-
git sèpius, ut complures aliorum
Medicorum vestigiis insistentes, eo-
rum observationibus freti, illas cir-
cumstantias non ponderantes, fal-
lantur, & curatio non ex voto suc-
cedat. Planè confido, istam litera-
riam meam confabulationem hand-
fore ingratam, ad dispiciendū, quæ-
nam sit remora, quod complures
aliorum Medicorum observationes
felices imitantes, scopum assequi
nequeant, prospero succelu desti-
tuti.

EPISTOLA IV. Ad Amicum.

*Discursus de causis ob quas ad tantam vita longævitatem
mibi pertingere licitum.*

 Um jam excesserim an-
num 82. ætatis, haud abs-
re, investigare causas,
quod tanto temporis in-
tervallo, salvis ac inco-
lumis, absque morborum pressurâ,
in hac mortali vita perseverare, con-
tigerit. Quin mihi obtigerit à Na-
turâ, admodum laudabilis totius
corporis constitutio, quoad omnes
partes similares & instrumentales,
indubium. In organicis, ab incuna-
bulis, inculpata structura observata,

in similaribus optima temperatura
notata. Etsi in calore nativo rite di-
posito ac vegeto, multum momen-
ti ad vitam producendam, non ta-
men solus videtur sufficiens, quin
requirantur partes similares & in-
strumentales robustæ à naturâ con-
formatæ, quarum adminiculo, suas
ille operationes, dextrè obire valeat.
Quemadmodum enim ignis in li-
gno accensus, multò diutius flagrat
& durat, quam in lino: & Capitane-
us in castello bene munito, quam

Nn

ruino-